UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. VII. Rata vota. Resignare. Læna. Discingere. Emaculati versus aliquot Martialis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70877

Visual Library

omnes hac ſua diſparilitate pariter afficiant ſua ſe- potentia.

Locus vix ſuſpectus vitij: ſed optimæ membranæ ha- bent, *hac ſua diſparilitatem peritura.* Vnde non diffi- limum fuit elicere: *diſparili temperatura.* Diſpari- aſtra temperata ſunt, ab iiſque nos omnes afficimu- ſed non pariter ſiue eodem modo, quod tinnit vu- gata lectio, ſed diuerſimodè.

Idem Capite IX.

Sunt autem hæ particulæ in vnoquoque ſigno tricena- tius verò Zodiaci numero CCCLX. has μοίρας Græci- cant, & hæ particulæ nobis veluti fata ſunt.

Plinius MS. *has μοίρας Græci cognominarunt: eò videlic- quod eas fatales nuncupant μοίρας.* præclarè; leuiter ta- men immuto, *quod deas fatales.* μοῖραι Parcæ ſunt Apollodorus: ἐκ μὲν δὴ Θέμιδος τῆς οὐρανοῦ γεννᾷ ὁ Ζεὺς θυγατέρας, ὥρας, εἰρήνην, δίκην, μοίρας κλωθὼ, λάχεσιν, ἄτρο- πον. Addo iſthuc μοῖραν vetuſtiſſimos Latinos Mor- tam tranſtuliſſe. Liuius Odyſſea:

Quando dies adueniet, quem Morta profata eſt.

CAPVT VII.

Rata vota. Reſignare. Læna. Diſcingere. Emaculati ver- ſus aliquot Martialis.

ELEGANS, meo animo, poëta Martialis, & è quo feſtiuitatis & eruditi leporis multum haurire eſt: fuiſſet tamen haud dubio aliquantò amplius, ſi mo- rem maiorum æmulari, quàm ſæculum ſuum imita- ri; & ſua interdum quàm epigrammatum lingua lo- qui maluiſſet. In eius libro IX. quædam non ma- gnæ rei quæ ſparſim notaui ſtudioſos poëtices non celabo.

Epigram-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epigrammate XIIX.

Latonæ venerande nepos, qui mitibus herbis
Parcarum exoras penſa breuéſque colus,
Hos tibi laudatos dominorum voce capillos
Ille tuus Latia miſit ab vrbe puer.

Verſu tertio in MS. erat quem ab optimo & eruditiſſimo theologo Iacobo Huttero habui, *domino rata vo*ta. Non dubitabis, quin ſcribendum ſit, *Hos tibi, laudatos domino, rata vota* c. Ratum votum, cùm is qui damnas voti eſt ſeſe exſoluit: quod hîc facit Earinus, miſſo ad Apollinem capillitio.

Epigrammate XXXVI.

Verba ducis Daci Cattis mandata reſignas
Victricem laurum quam venit ante vides.

Nihil principi Dacorum cum Cattis & benè idem MS., *cartis mandata*. De epiſtolis poëtam loqui clamat verbum illis proprium, *reſignas*. Adeò, inquit, impudenter garrulus es Philomuſe & mendax, vt principum quoque remotiſſimorum ſecreta litteris commiſſa non ignorare videri velis.

Epigrammate L.

Dum noua, dum nitida fulgebat ſplendida lana,
Dúmque erat auctoris nomine digna ſui.

MS. *leua*. Suſpicor reponendum eſſe, *læna*: quod integumentum exterius eſt, & ab ea parte ſplendor togæ conſpicuus.

Epigrammate CIV.

Peltatam Scythico diſcindit Amazona nodo:
Addidit Arcadico terga leonis apro.
Aeripedem ſyluis ceruum, Stymphalidas vndis
Abſtulit, à Stygia cum cane venit aqua.

Optimè MS. *diſcinxit Amazona*: hoc eſt, vt interpre-

F tatur

tatur Auſonius: *Threiciam ſexto ſpoliauit Amazona bal-teo.* Deinde idem liber habet, *Stymphalidas aſtri...* hiſtoriam aptius: nam volantes eas Hercules de-cit. Seneca:

Solitáſque pinnis condere obductis diem
Petiit ab ipſis nubibus Stymphalidas.

Neque tamen malè vulgati. Stymphalum enim iſtæ furiæ habitabant.

CAPVT IIX.

Exeſſicio. Curioſi, prouerbium. Correcta fragmenta Afra-nij & Nouij: & illuſtratus Plautus.

NONIVS in Extundo.

Afranius Epiſtula. Atque adeo extundo, ex officio ...
mihi cuſtodiendus.

Repone verbum antiquum, *extundo*, *exeſſicio*. Tru-lento: *Numquam hoc vno die exeſſicias opus.*

In Contendere.

Afran. Epiſt. Non licet me qua contendiſſet ita peru...

Editio vetus, *contendiſſem*. Diuido verbum & le-go *qua contendi ſemita.*

In Serius.

Afran. Priuigno. Non ego te noui triſtem, ſe...
ſerium.

Malim, *triſtem, teruum, ſerium:* aut certè, quod Stewechio placebat, *ſæuum.*

In Caries.

Afran. Priuigno. Nemo illa viuit carie carioſior.

Rectius MS. *curioſior*. Curioſi, vulgi dicterium in-graciles & macilentos: quaſi ij curis ſemet conficerent & macerarent. Hoc adieci, vt illuſtrarem locum Plauti Aulularia.